



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1595. usque ad annum 1600

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1773**

**VD18 90118677**

§. 32. Regni Ordinum postulata in hisce Comitiis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67263](#)

Sæcul. XVI.  
A C. 1596.

rum, & præsidiorum sustentatione provideatur. Habebantur plures de super consultationes, quibus finitis Deputati singula ibidem proposita ad Vendocinenses exacte referebant, tandem vero sua importunitate hæc impetrabant. I. Hujus Sectæ libertas in illis locis, ubi ab anni currentis initio concessa fuit, indulgeatur. II. In quolibet Pago, & Prætura, ubi vi Pictavieñsis edicti non nisi unum sermonem habere permittebantur, nunc duos habere valeant: Rex tamen palam declarabat, quod nova hac indulgentia unice ideo uteretur, ut licentiam eis antea per Pictaviense edictum concessam, si hæc per pacta cum fœderatis ad Regis obsequium reduntibus recens inita fuisset labefacta, quodammodo resarciret: cetera autem Hugonottarum postulata provido silen-  
tio eludebantur, quamvis hi Protestantes cum hujus concessionis facilitas eorum contumaciam acueret, postmodum circa ceteros quoque articulos responsum dari urgerent.

§. XXXII.

*Regni Ordinum postulata in hisce  
comitiis.*

*Thu. l. c.* Præprimis Clerus Gallicanus postulabat. I. Præfulum electiones restituantur: si vero id Regi minus placeret, faltem

saltem interim Blesensium comitiorum Sæcul. XVI.  
 decretum ante viginti annos conditum A.C. 1596.  
 servetur. II. De restauranda Ecclesiæ  
 disciplina agatur. III. Synodi Provin-  
 ciales singulis trienniis celebrentur.  
 IV. Simoniaci juxta Sixti V. diploma  
 coerceantur. V. Milites in templis sta-  
 tiones suas non habeant, nec equi in  
 illis pabulari permittantur. Ceterum  
 Nobiles petebant. I. Ad dignitates  
 ecclesiasticas, & profanas Plebæis No-  
 biles præferantur. II. Eisdem jura,  
 atque immunitates fartæ serventur.  
 III. In regio comitatu plures Nobiles  
 pueri alantur, ac Nobilium disciplinis  
 imbuantur. IV. Prætorum sententiæ  
 Nobilium Chirographo firmentur, nec  
 Regis literæ iis haud prius consultis ape-  
 riantur. V. Ignobiles nobilitatem au-  
 ro redimentes ex coemptis arcibus, aut  
 castellis nec insignia, nec nomen, pro-  
 prio omisso, assumant. VI. Leges de  
 moderato sumptu in usum revocentur,  
 ne Nobiles luxu inter eos grassante ad  
 paupertatem redigantur. Denique Ple-  
 bæi Ordinis Primores varia ad popu-  
 lum ab impositis oneribus sublevandum,  
 ac ad justitiæ administrationem condu-  
 centia decerni petebant. Verum hæc,  
 pluraque alia salubriter quidem in hoc  
 consensu in deliberationem vocata, mi-  
 nime tamen executioni fuere data, cum

E 3

iidem,



Sæcul. XVI. iidem, qui quidem harum legum necessitatem agnoscunt, plerumque tam A.C. 1596. men variis artibus earum auctoritatem, usumque eludere soleant.

§. XXXIII.  
*Parisensis Cleri Gallicani Conventus.*

**Spond. n. 18.** Jam anno priori Clerus Gallicanus ab Henrico IV. Rege facultatem impreverat, ut pro more Conventum haberet, ibidemque de Ordinis facri rebus, nec non ecclesiasticæ Disciplinæ restauratione deliberaret: nunc ergo ineunte hoc anno huic congressui initium dabatur, atque Episcopus Cenomanensis die vigesima quarta Januarii ceterorum nomine ad Regem deputatus, habita oratione deplorandum Ecclesiæ Catholicæ statum, atque innumeras Regni calamitates eidem exposuit, simulque remedia, per quæ ejusmodi malis occurri posset, sugerens, præprimis disciplinæ adeo labefactatæ cauſam exinde exortam declarabat; quod Concilii Tridentini statuta nullo adhuc publico Regis, totiusque Nationis decreto fuissent promulgata, proin nec eorum executio in Galliis urgeri posset, frustra vero tam salubria juxta, ac necessaria reformationis decreta, pertinentibus ipsis Gallis, in Concilio fuissent condita, si ea executioni mandari

non